

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D.
Med. & sup. Math. Prof. P. Ad Exequias, Quas Viro ... Dn. M. Joanni Herberdingio,
Ad aedem Spiritus S. hic Rostochii Pastori optime merito, Marito ac Parenti suo
desideratissimo Vidua & Liberi Moestissimi, hodie hora prima in Templo
Jacobaeo paratas cupiunt, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos sedulo
invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus X. Iulii, Anno 1671.]**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771234570>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in J. Herberding.

Rost. 1671.

41

5.

PROGRAMMA,
Quo
RECTOR
V NIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
**JOANNES BAC-
MEISTERUS, D.**

Med. & sup. Math. Prof. P.



Ad
EXEQUIAS,
Quas VIRO
Reverendo, ac Clarissimo

DN.

**M. JOANNI
HERBERDINGIO,**

Ad ædem Spiritus S. hic Rostochii Pastori
optimè meritò, Marito ac Parenti suo
desideratissimo

Vidua & Liberi Mæstissimi, hodiè horâ primâ in Templo Jacobæ paratas cupiunt,
Omnes omnium Ordinum CIVES ACADEMICOS
sedulò Invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILLI, Universitatis Typogr.



*Agna est non tantum in
Sacris literis, sed prophanicis etiam.
Scriptoribus senectutis laus & com-
mendatio. Quis enim in legendis Bi-
bliis vel mediocriter versatus igno-
rat, qualibus & quantis præconiis
spiritus sanctus Senium exornet, &
quanti semper Senes fecerit JEHO-
VAH. Liquidò hoc ex solius Moysis
Historiā manifestissimum; Testantur
idem tūm Jobus, tūm Prophetæ, tūm
sapientissimus Regum Salomon.*

*Coram cano capite quippe surgendum & personam Senis honoran-
dam jubet Levit. 19. & inter gravia crimina in Lib. Sap. illud annu-
meratur, non parcere Veterano, nec revereri Canos, quando, Ne te,
inquit, prætereat narratio Seniorum, ipsi enim didicerunt à patri-
bus suis; & porrò: Quam speciosum canitici judicium, quam speti-
osa Veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & judicium. Corona
Senum multa peritia, & gloria illorum timor DEI. In antiquis est
sapientia, & in multo tempore prudentia. Ut jam tacito præteream
pede, promissionem vitæ longioris Præceptum de parentibus hono-
randis sancte observantibus tanquam singulare præmium, à summo
Numine factam. Ne tamén reverentiam Senum ex Christiana dun-
taxat disciplina receptam fuisse existimemus, Ægyptios intueamur
necessum est, qui Senes semper maximâ cum observantia venerati
sunt; Herodoto namque referente, apud eos juniores majoribus natu
obvii cedebant de via & deflectebant, advenientibusque è sedili assur-
gebant. De Lacedæmoniis notum quoque est, nusquam tantum tribui,
ætati*

etati, nec Senectutem ullibi locorum fuisse honoratiorem quam Lacedæmone. Alexander insuper Magnus tanti Senium æstimavit, ut à nemine ordines duci voluerit, nisi à Sexagenariis, quod etiam à multis aliis Populis observatum est. Omnium autem aliorum instar esse poterit, quod Gellius de Romanis refert, quando Novimus, inquit, apud Romanos olim neque generi, neque pecuniae præstantiorem honorem quam ætati tributum fuisse, ita ut majores natu à minoribus colerentur, ad Deorum propè & Parentum vicem, atque omni in loco, in omniisque specie honoris priores potioresque haberentur. Quin relatum extat, Senectutij ventem ita cumulatum honorem reddisse, ut majores natu tanquam communes Adolescentum patres essent. Hincque eleganter Valer. Max. juvenes Senatus die, aliquem ex P. C. aut propinquum aut paternum amicum ad Curiam deducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei Convivio essent interfuturi, ne Senioris adventum discubitu præcurrerent, sublataque mensa priores consurgere & abire patiebantur. Quamvis autem tanta semper Senum fuerit dignitas & Senectutis laus: quamvis omnium hominum, cuiuscunque conditionis & ordinis illi sint, votis desideretur: Multis tamen illam & variis incommodis atque infirmitatibus subjectam deprehendimus. Ad senectutem enim tanquam officinam suam omnia humana congregantur. Audit illa, tristis, querula, morosa, tenax, pertinax, iracunda, infelicitatis & incommodorum thesaurus, quæ adveniente deficiant Vires, oculi caligent, caput tremat, facies rugetur, articuli vacillent, crines defluant, dentes putrefiant, aures obsurdescant, corpus incurvescat, & secundum Poëtam.

Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,

Non species eadem, quæ fuit ante, manet.

Nec cœlum spœdare licet, sed prona Senectus,

Terram à quâ genita, & quo reditura, vider.

De quibus Senectutis annis elegans illud extat in Sacris Rites Ecclesiastici monitum cap. 12. Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquant anni, de quibus dicas, non mihi placent, antequam obtenebrascat Sol & Lumen & Luna & Stellæ, & revertantur nubes post pluviam. Quando commovebuntur custodes domus & nu-

& nutabunt Viri fortissimi , & otiosæ erunt molentes in minuto numero , & tenebrescent videntes per foramina , & claudent ostia in platea in humilitate vocis molentis , & consurgent ad vocem volucres , & obsurdescent omnes filiae carminis . Excelsa quoq; timebunt & formidabunt in via , florebbit amygdalus & in pinguisabitur locusta , & dissipabitur capparis . Quoniam ibit homo in domum æternitatis si & circumibunt in Platea plangentes , antequam rumpatur funiculus argenteus , & recurrat vitta aurea , & conferatur hydria super fontem , & confringatur rota super eisternam , & revertatur pulvis in terram suam , unde erat , & spiritus redeat ad DEum qui dedit illum . Quibus verbis Senectutis gravamina obscuriore quidem allegoria sed nihilominus graphicè admodum describuntur . Licet autem omnibus hisce jam enumeratis malis infestetur Senectus : Quid est tamen , cur ista tantopere curemus , ac non multo magis contemnamus ? Rugæ arant vultum ? animum occupare non possunt ? Incurvatus es ad terram ? natura te principiitui simulque finis admonet ; terra enim es & in terram reverteris . Tremit caput ? at mens pia est immota . Res tuas agere nequis ? Senem , nisi quæ mentis agere non decet . Valetudo , robur , velocitas te deserunt ? Virtus tamen & pietas manet , nec cessura senio nec morti . Alia mala te excruciant divexant que ? in portu ecce jam itas mox subducturus navim tuam in terram quietis , senio te paulatim ad finem deducente , ita ut Mors cum voluptate potius quam dolore contingat . O rem præclaram & omni admiratione dignam Senium honestum ! Tali senio honesto divinitus dotatus fuit Vir Reverendus Admodum & Clarissimus DN. M. JOANNES HERBERDINGIUS , Pastor ad ædem S.S. fidelissimus & optimè meritus , qui ultimum ferè punctum annorum illorum , quos Regius Propheta David hominibus constituit , egressus , vita satur in timore Domini bonam militans militiam hujus Mensis die secundo vitæ caducae carceres relinquens in celestem patriam placide migravit , ibidemque coronâ æternâ redimitus & cinctus in coetu electorum veluti lucidissima stella coruscat . Cæterum , ut pro more & consuetudine laudabili paucis vitæ ipsius perstringamus stadium ; In lucem hanc editus est Lubecca Libera Imperii Civitate anno post natum Christum M DX CIII. Mense Augusto , Parentibus optimis . Patre quidem spectata integritatis Viro DN. JODOCO Harber-

ding

ding / Mercatore & Cerevisario Lubecense, ex Westphalia oriundo
Matre verò Agneta Giesen / Fœminâ honestissimâ, qui hunc suum
Filium, postquam lavacro Regenerationis & Renovationis in Spiritu S. per Baptismum, Ecclesiaz insertus, & in albo cœlestis Reipubl. pro Cive adscriptus esset, ab ineunte statim ætate in pietate & vera
DEI agnitione educarunt. Cumque disponente ita summo Numine,
adhuc Infans Patre charissimo orbaretur, Mater dulcissima nihil
quicquam eorum in se passa est desiderari, quæ ad educationem Filii
& institutionem in literis primæ ætati convenientibus & moribus
honestis ad elegantiam & civilitatem compositis facere poterant.
Nam & Ludo literario Lubecensi & publicis ejusdem Magistris cum
informandum tradidit; apud quos ita se gessit, ut & literas ipsas a
lacriter arriperet, & pietate ac modestiâ ætatem commendaret, nec
non officiis obedienti filio convenientibus Matrem exhilararet.
Quam illius industriam, modestiam atque obedientiam cum sollicita
Mater non sine facito gaudio animadverteret, facultatibus autem
illis, quæ ad ulterius promovenda Filii studia requirebantur destitue-
retur, omnes nervos in id intendit, quo illum alicujus Viri honoratio-
ris fidei, candori ac liberalitati committeret. Exposuerat vix hæc ani-
mi sui sensa Viro Reverendo pl. & Clarissimo DN M. ARNOLDO
STOLTERFOTO, tum temporis Pastori ad D. Mariam quæ Lube-
cæ est vigilantisimo, jam dudum pie de mortuo, Confessionario
suo. Ecce! Venerando olim nunc eheu! desideratissimo Dn. Pa-
renti meo p. m. MATTHÆO BACMEISTERO, Archiatro
quondam Saxo-Lauenburgico & Physico Luneburgensi Rostochio,
Chilonium per Lubecam tendenti Adolescens hicce ab Affine suo
jam nominato DN. STOLTERFOTO sistitur, qui ingenua ipsius
Indole commotus, statim non solum secum in Hollsatiam abduxit, sed
& ibidem fideliūm Præceptorum ulteriori informationi commisit,
quorum opera etiam tam diu gnaviter usus est, ut tum à Dn. Parente
meo p. m. tum à Præceptoribus suis dignus judicatus sit, qui ad capes-
sendum ubiorem Ingenii cultum in Pedagogium tum temporis
Ducale, nunc Regium quod Sedini est, mitteretur. In quo per aliquot
annos subsistens omni studio in id intentus fuit, ut curriculo artium
trivialium absoluto, animi solum diligenter culturâ præpararet ad ec-
cipiendam in Scholis Regiis superiorum Disciplinarum Sementem.

Cumq;

Cumque jam Viris doctis aptus videretur , qui publicas superiorum
artium & Disciplinarum lectiones cum fructu audire posset, Academiam
hanc nostram ingressus est, omnesque ingenii nervos per octo
annos in id intendit, ut fundamenta literarum humaniorum in Scho-
lis atque Gymnasio non infeliciter posita , altius atque altius majoris
Magisterii opera erigeret. Verum enim verò, ut sunt frequentes mo-
dicæ fortis vicissitudines , novâ ratione paupertati succurrere debuit;
cumque ab Amplissimâ Facultate Philosophica Magisterii titulo &
honore condecoratus esset, quorundam Civium oppiduli Tessinensis
Liberis instituendis operam navavit. A quibus tandem ob summam &
raram hoc seculo in Discipulos fidem ægrè, bonâ tamen cum gratiâ
dimissus Anno M.DC.XXVII. die XXII Marti Scholæ hujus oppi-
danae Sub-Conrector volente ita ac jübente Ampliss. Senatu Rosto-
chiensi, proclamatus est , cui ardua satis ac promolestæ functioni uti
juventutis instituendæ non vulgaris artifex per integrum Decennium
tanta cum fidelitate præfuit, ut Senatus Oppidanus illum à functione
Scholasticæ ad Ecclesiasticam stationem vocare, inq; locum Viri Reve-
rendi & Clarissimi DN. M. ZACHARIÆ Deutschen / Pastorem ad
ædem Spiritus Sancti. Anno M DC, XXXVII. die 5. Januarii, consti-
tuere non dubitaret. Quam provinciam cum legitime vocatus sibi
imponi passus esset, memor semper fuit Verborum augustorum &
penetrantium D. Apostoli Pauli, quibus munera hujus amplitudi-
nem atq; excellentiam, nec non Operariorum requisita clare satis ex-
primit. Summo namque studio XXXIV. Annorum decursu curavit,
ut impositum sibi officium digne exornaret, Verbis factoque omnis
innocentia præberet exemplum, studeret modestia, non plus sapere,
quam oportebat sapere, proprio arbitrio omnia non dirimeret, nec
præfragatè contendere, vel meliora suadentibus obganniret ; Norat
enī optimè, omnium oculos in Pastorem Ecclesiae dirigit, domum
ejus & conversationem quasi in specula constitutam Magistram esse
publicæ disciplinæ, maleque intercessorem pro culpis aliorum fieri,
quem proprium depravaret piaculum. Anno M DC XXXII in utri-
usque fortis sociam sibi elegit Virginem pudicissimam ELISABE-
THAM DN: BARTHOLDI Bischoffs Notarii quondam publici
Filiam ; Una conjugum mens, unus animus, idem yelle & idem nolle
concordiam aliquot annorū & fœcunditatē sex Liberorum elicuit,
ē quibus

è quibus JOANNES, BARTHOLDUS, AGNES INGEBORG,
& DAVID, adhuc superstites, JACOBIS verò & alius, qui in ipso
utero materno vitam cum morte commutavit, Dn. Parentem obitu
suo antevertentur. Verum primum hocce Conjugium non fuit
admodum durable. In ipso namque puerperio ultimo tot Libero-
rum parentem lugens amisit, & tot pignoribus firmatum amorem
interruppi videre coactus est. Consilium retinenda Viduitatis,
molestiae officii, aggrave scens propemodum ætas, & aliquot parvulo-
rum educatio mutarunt. DEO igitur sic disponente solitudinem
edulcavit, Anno M.DC. XLIII. Lectissima Virgo MARGARETHA
Viri Admodum Reverendi Amplissimi & Excellentissimi DN. JO-
ANNIS TARNOVII, S.S. Theol D. & Prof: hujus Academiae quon-
dam famigeratissimi Filia, cum quā annos XXVIII. summa intran-
quillitate & concordia transegit, & divinā interveniente benedictione,
exeādem Liberos Octo suscepit, Filios quatuor, JACOBUM, JOA-
CHIMUM CASPARUM, HENRICUM & JOACHIMUM, toti-
demque Filias, DOROTHEAM, ELISABETHAM I, MARGA-
RETHAM & ELISABETHAM II. ex quibus duo filii & tres Filiæ
fatis jam concederunt, reliqui adhuc sunt superstites, & cum Matre
dulcissimā in acerbissimo ob Parentis charissimi obitum versantur
luctu. Sæpius piè demortuis sibi gratulatus, quod Liberos quasi
olivarum plantas circum mensam suam videret. Vedit enim natos
natorum, ex secundo genito prioris Matrimonii BARTHOLDO
Hafnia Arithmeticam Germanicę profiteente unicam Filiam: ex ter-
tio genito DN.M. DAVIDE ante tres annos electo hic Diacono Pe-
trino ejusdemque Uxore MARGARETHA SOPHIA Viri Rev. pl.
& Clarissimi DN. M. JOANNIS CENZLERI Superintendentis Rev.
Ministerii Rostochiensis qondam gravissimi Filia, unum Filium, qui
Dn. Avum in vitam æternam præcessit, & unicam Filiam adhuc super-
stitem. Gavisus insuper valde est, quod non solum Filium jam nomi-
natum DN. M. DAVIDEM adfunctionem Ecclesiasticam legitimè
evectum sed & primogenito Dn JOANNE, J.U.C nuperrimè ex Hol-
satia reduci Virginem Castissimam ANNAM MARGARETAM,
Viri Nobilissimi ac Consultissimi DN. SIMONIS JOANNIS
GUTZMARI, J. U. D. & Practici famigeratissimi, Affinis nostri ho-
noratissimi desponsatam in decrepitā hanc suā ætate videre sibi a DEO
ter

ter opt. max. concessum sit. Incommoda Senectutis & morbos, quibus cum interdum conflictatus est, itemque ipsum finem vita Experientissimus & Clarissimus DN. D. PAULUS JOACHIMUS STOCKMANNUS, Med. D. & Practicus apud nos felicissim⁹ sequentib⁹ verbis expressit, quæ, prout nobis oblata sunt, curavim⁹ hic inseri. Venerandus, nunc beatus noster Senex per integrum anni spatium & quod excurrit valetudinarius fuit ob humorem Scorbuticum, qui Pulmonibus insensu asthma & summam respirandi difficultatem sepusimè exitavit. Cumque hoc symptoma quoddam intervallum daret, tandem viribus prostratis, accedente Senectute, quæ ipsa per se morbus est, d. 2. Julii circa decimam maturinam grato quasi somno oppressus placide expiravit. Quemadmodum enim suā sponte nulla vi adhibitā consumptui igni extinguitur & poma ex arboribus si quasi cocta decidunt; ita Senibus ut plurimum vitam auferat ipsa maturitas. Hoc suo probavit exemplo piè noster defunctus Senex, qui, ut exoptavit, placide & sine minimo dolorū indicio animam exsolvit fessam in senili corpore, & instaurari novā & cœlesti vita avidam: Quæ cum ita sint, causam nullam esse puto, ut vel nos vicem venerandi hujus ferè Octogenarii Senis & emeriti Ecclesia Ministri dolcamus, vel ejus Uxor, Liberi & Propinqui obitum longævi Mariti, Parentis & Affinis, lugeant, cuius præsentia, consilio, auxilio usi, quæ ab illo acceperunt beneficia sine querela ad posteros transmittant. Imitemur, O Cives Academici, Virum pietate, candore, probitate præditum ac defunctum, & frequentia nostra in funere ducendo testemur scrio, nos Virtutes istas amare, & præmium vita longæva à DEO summo dispensatore & arbitro expectare.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus X. Julii,
Anno 1671.



GK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771234570/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771234570/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771234570/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771234570/phys_0016)

DFG

e quibus JOANNES, BARTHOLDUS, AG
 & DAVID, adhuc superstites, JACOBUS vero
 utero materno vitam cum morte commutavit,
 suo antevertit. Verum primum hocce
 admodum durabile. In ipso namque puerperi
 rum parentem lugens amisit, & tot pignoribus
 interrumpi videre coactus est. Consilium
 molestia officii, aggravescens propemodum at
 rum educatio mutarunt. DEO igitur sic dis
 edulcavit, Anno M.DC. XLIII. Lectissima Virg
 Viri Admodum Reverendi Amplissimi & Ex
 ANNIS TARNOVII, S.S. Theol D. & Prof. h
 dam famigeratissimi Filia, cum qua annos XX
 quilitate & concordia transegit, & divinâ inter
 excedam Liberos Octo suscepit, Filios quatuor
 CHIMUM CASPARUM, HENRICUM &
 demque Filias, DOROTHEAM, ELISABET
 RETHAM & ELISABETHAM II. ex quibus
 fatis jam concederunt, reliqui adhuc sunt supe
 dulcissimâ in acerbissimo ob Parentis charissi
 luctu. Sæpius piè demortuus sibi gratulatus
 olivarum plantas circum mensam suam videre
 natorum, ex secundo genito prioris Matrimo
 Hatnia Arithmeticam Germanicè profitente
 tio genito DN.M. DAVIDE ante tres annos
 trino ejusdemque Uxore MARGARETHA
 & Clarissimi DN. M. JOANNIS CENZLERI
 Ministerii Rostochiensis qvondam gravissimi
 Dn. Avum in vitam æternam præcessit, & unica
 stitem. Gavisus insuper valde est, quod non sol
 natum DN. M. DAVIDEM adfunctionem E
 evectum sed & primogenito Dn. JOANNE, J. U.
 satia reduci Virginem Castissimam ANNAM
 Viri Nobilissimi ac Consultissimi DN. S.
 GUTZMARI, J. U. D. & Practici famigeratissimi
 noratissimi despontatam in decrepitâ hâc suâ a



BORG,
 in ipso
 n obitu
 on fuit
 Libero-
 morem
 luitatis,
 arvolo-
 dinem.
 ETHA
 N. JO
 e quon-
 intran-
 dictio,
 I. JOA
 M. toti-
 ARGA
 es Filiæ
 Matre
 rsantur
 os quasi
 n natos
 OLDO
 :ex ter-
 ono Pe-
 Rev. pl.
 tis Rev.
 um, qui
 c super-
 i nomi-
 egitimè
 exHol-
 ETAM,
 ANNIS
 stri ho-
 aDEO
 ter